Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

locio humano dicentes. maleficia tua modo a
mittes. Statim autem ut perfusus locio putentis
simo. ipsa aqua putens ita est in nectario odore
conuersa. ut putares eum non locio sed rosa perfusum.
Afferentes autem ex eodem loco excoriauerunt
uitulum et corio recenti cingunt eum nudum. et po
suerunt eum ad solem. nullam omnino potuit ca
lefactionem sentire. sed in eadem qua fuerat uiri
ditate perdurans corium in nullo potuit dei famu
lum uiolare. Item posuerunt in collo eius catenas
ferreas. sed simul manus eius constringentes clau
serunt eum in obscurissimo loco. statim autem
a manibus eius soluta sunt uincula. et tanta lux in loco
eorum effulsit. ut putarentur illic esse lampades mul
te fulgentes. Nuntiant hec omnia lxx. claudio
tribuno. et ueniens ad locum uidensque immensum
lumen. iubet eum ad se egredi dixitque ei. Que
tanta uis maleficiorum tuorum est ut ita perficias. nam
omnes magos et gyraphantos et chaldeos et ari
olos et incantatores ego domui. et adhuc istam
potenciam in tuis maleficiis non inueni. omnibus tamen im
peraui quod uolui. et eorum consensus ad meos libitus
inclinaui. Te uero te uirum nobilem et sapientem ad
hanc solam partem accepi. ut contempta sup
sticione christiane temeritatis de qua murmur
populi romani et seditio excitata est reddam geni
tori tuo et diis omnipotentibus debita sacrificia
clementer exhybeas. Cui crisantus respondit. Si esset inte
rius scintilla apud te agnosceres me non malefici
orum argumentis sed diuinis adminiculis adiuua
ri. sed sic ad me respicis sicut ad deos quos colere iniusto
iudicio comprobaris. Si enim oculi tui sapienter as
picerent uiderent. quia dii tui non uident. si au
res tue respicerent ueritatem aduerterent illos
uoces clamantium audire non posse. si interiora
tua intellectum alicuius prudentie caperent. consi
derares istos in interioribus suis nichil habere
aliud preter argillam et plumbum. Tunc tribunus claudius
iussit eum fustibus cedi. Statim autem ut allate sunt uir
ge durissime. ceperunt in manibus eius quasi plu
ma mollescere. Denique dum tenerentur uirge quasi
si ferree essent. ita nodose erant et solide. dum uero
percuterent ita quasi ex papiro essent. ita mollis
sime re debantur et lenes. Tunc claudius tribu
nus iussit eum erigi. et indui uestimentis suis
et conuersus ad milites suos omnes hac uoce allo
quitur. Bene nostis me incantatorum et magorum
deprehendisse fastigia. hic humane artes penitus
non sunt. ubi uirtutum diuinarum potestas apparet.
Nam uincula neruorum sponte soluta cesserunt.
lignei cyppi fortitudo repentina confectione ~~confec
tione~~ conputruit. corii uiriditas in solis nimio
ardore eadem qua de uitulo ablata fuerat noui
tate permansit. catenarum quoque nexus inuisi
bilis potestas excoluit. tenebrarum locus nimia
illustratione perfulsit. fustes in manu tenentes
rigentes ferientes ictu mollescunt. in aspec
tu pacientis ita sinceritas apparet in uerbo
etiam ipsa racionabilis ueritas comprobatur. Quid
super est nisi omnes huius hominis genibus prouoluti ue
niam postulemus sceleris. et rogemus ut nos quo
que talem deum faciat colere qui cultores suos in
omni faciat pugna uincentes. Ecce enim et nos
et iudices et omnes qui contra eum uenerunt num
quid non eos ita superat. ut probastis. Igitur cum hec
et talia militibus fuisset prolocutus. cum uniuersis
militibus ipse claudius genibus eius aduolutus. ora
uit dicens. In ueritate probaui quia deus tuus
deus uerax est. Peto itaque ut facias me cognosce
re eum. et ad noticiam culture eius aliqua racio
ne contingere. Cui Crisantus dixit. si ad notici
am peruenire desideras. non pedibus sed corde pergen
dum est. Tantum enim unicuique presens efficitur deus. quan
tum eum fide mentis et cordis integritate quesi
erit. Hec et his similia dicente Crisanto. credidit
hylaria uxor eius. crediderunt duo filii eius. ia
son et maurus. credunt omnes amici et famili
ares eius. credunt omnes illi lxx. milites cum suis
et uniuersis eorum. eodem die baptizati. per singu
los dies a sancto Crisanto eruditionem ueritatis de
siderantissime audiebant. et uerbum christi reue
rentia et timore capientes optabant pro dei amo
re etiam aduersa perferre. Vere quia longum est
mirabilia que deus per eos fecit enarrare rerum
exitum intimemus. Cum omnes omnipotenti et saluato
ri credidissent. et cum hoc numerian imperator audisset.
iussit claudium tribunum ingenti saxo constrictum
in medio mari precipitem dari. Cum autem milites
singulatim audisset. quicumque se negasset christia
num dimitti. qui uero negare noluisset capite am
putari. Tantam gratiam dominus credentibus se conces
sit. ut primi iason et maurus filii claudii. etiam
non interrogati. christum colere dicerent. et pro eius
nominis confessione. mortem libenter optarent.
Hos imitantes omnes unanimiter intra unam
horam martirium domino consecrarunt. Erat autem